

Johann Ernst Schaper

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joh. Ernestus Schaper Med.  
D. Et Prof. Ducal. P. ... Angelorum Curam Circa Hominem Ut Animo Diligenter  
Proponant, Deumque Id Propter Collaudent, Ea qua fas est Humanitate, Omnes  
O. O. Cives Academicos monet & sollicitat : [P. P. sub Sigillo Rectoratus  
Academiae Rostochiens. Ao. Christi 1699 d. 29. Septembr.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1699]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735977410>

Druck    Freier  Zugang



37  
PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOH. ERNESTUS**  
**SCHAPER**

MED. D. ET PROF. DUC AL. P. SUÆFA-  
CULTATIS DECANUS

**ANGELORUM**  
**CURAM CIRCA HOMINEM**

UT ANIMO DILIGENTER PROPONANT,  
DEUMQUE ID PROPTER COLLAUDENT,  
*Eaque fas est Humanitate, Omnes O. O. Cives*  
*Academicos monet & sollicitat,*



RostochI Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1699

R.U. - Prog. 1699/a

## Nter varia eaqve



infinita beneficia , qvibus DEUS nos  
indesinenter cumulat, id etiam com-  
prehenditur, qvod neqve Angelos à  
cura nostri exclusos esse voluit, sed par-  
tes iisdem rerum nostrarum demanda-  
vit qvam benignissimè. Etenim DEUS  
non ideo creavit Angelos, ut ipsum  
unicè intuerentur , rem humanam  
in mundo velut alienam à se reputan-  
tes, tanquam otiosi spectatores, sed ut sine auxilio hominibus,  
solatio pariter & præsidio. Annon Spiritus dicuntur publicum  
velut officium præstantes , emissi scilicet in ministerium DEI  
propter hæredes vitæ æternæ futuros Hebr. I. v. 14? Annon  
etiam appellationem inde sui acceperunt in Scriptura? Eâ certi-  
tudine hæc nituntur, ut qvi in contrarium velit discedere, fidem  
sacris literis habere non existimetur. Eqvidem fruuntur Ange-  
li semper illa gloria , qvâ non potest esse major in cœlo, verūm  
ita fruuntur, ut curam simul agant infantium, qvorum custo-  
diæ in terris sunt præpositi Maith. 18. v. 10. Conspectus itaqve  
gloriae Divinæ, qvo velut pleno lætitia fonte perfunduntur dum  
DEUS ubique est, etiam in terris datur Angelis, conjunctam-  
que sibi habet illam voluntatem Angelorum, qva in ea, qvæ  
DEUS fieri velit, ut expediantur à se, sunt propensissimi: Per-  
tinetqve ita ad gloriam Angelorum, qvod in rerum humanarum  
curam, qvantum fas est, à Deo adhibeantur. Annon qvò plura  
qvoqve graviora ministro in mandatis à Rege dantur, eò gloriose  
or habetur inter homines? Ille sanè, qvi otiosus circa Regem  
suum hæret, dum nihil confert ad salutem hominum, non ea  
est autoritate atqve gloria, sicut qvi inter varias occupationes  
Regis qvam diligentissimè operam suam exercet. Ibi sapientia,  
ibi virtus, & qvantum autoritatis Rex in ministro illo esse voluit,  
per omnes rerum partes non sine laude qvadam appetet. Et  
qvantæ non id gloria cedit Angelis, qvod tanquam creature emi-  
nen.

nentissimæ, circa custodiam tamen hominum, in iis imperata  
DEI faciunt, quæ sunt supra vires humanas. Agnoscitur ita in  
illis major vis sapientiæ, agnoscitur virtus excellentior, agnoscitur  
status felicissimus, quod ut hominibus potissimum bene sit,  
nihil unquam voluntatis Divinæ in cura sua intermittunt, beatitudinem ita suam in eo explicantes, quod in opere Divino sint  
paratissimi. Imitantur ergo suis quidem modis DEUM, patrem  
ipsum gloriæ æternæ, qui curam tamen habet rerum terrestri-  
um, & potissimum humani generis, cui quam sapientissime semper  
prospicit. Si neque Divinæ gloriæ & beatitudini quicquid  
derogat hæc inferiorum cura, quomodo Angelis decedere  
quid potest ex custodia illa hominum, quam Deus ipsis imposuit?  
Atque perspicitur inde magis DEI gloria, quod ministris etiam  
utitur per quam gloriosis, quos ipse condidit, ad solarium &  
salutem hominum: Sicut Regi atque Imperatori magnæ gloriæ  
ducitur, quod stipati sunt multis iisque varia dignitatis Ministris,  
quibus negotia omnemque voluntatem suam ita committere  
possunt, ut parendimodo ipsis sit relata gloria. Sanè postquam  
creaturis Deus gloriam suam explicare & patefacere semel sibi  
propoluerat, quod major esset magnificentia, dum magno Regi se in  
scripturis comparat, non aliter fieri potuit, quam ut altera creatura  
alteram perfectionem, gloriæ, viribusque agendi antecelleret, De-  
umq[ue] sic proprius accederet. Quare ut creaturæ etiam essent, quæ  
ipsius gloriæ quam proximè referrent, & unde homines potissimum  
ad adorationem magis converterentur, Angelos sibi Deus cre-  
avit tanquam ministros inter creaturas sapientiam, virtute, autoritate  
atque gloriæ quam maximè valentes. Quæ gloria DEI ut  
magis se diffunderet, hominibus statim admirabilis videretur, non  
unum post alium Angelum, sicut homines Deus ex nihilo pro-  
dire fecit, sed ea statim multitudine, quanta debebat esse, etiam si  
multi postea sponte sua deficerent. Multiplicatio enim Sui cum  
inter Angelos locum invenire non intelligatur Luc. 20. v. 35. sq. &  
Deus tamen à creationis opere dicatur simpliciter cessasse Gen.  
2. v. 2. Omne angelorum numerum intra illud spatium sex di-  
cenum productum esse necesse est. Horum jam operam viresque  
quas

quasi pse dedit, variè sibi divisit DEUS disponitq; ut rēs humanae  
promoveantur. Eqvidem in creatione, qvā ex nihilo facta sunt  
omnia, non qvicqvam DEUS operæ alterius sibi conferre & ad-  
jungere potuit, ne ipsa rerum essentia, qvæ ex nihilo prodit, cre-  
aturæ simul accepta feratur. In conservatione verò, ubi res jam  
coepit esse, & propagatur modo aut custoditur, causis etiam se-  
cundis subministrantibus DEUS sua, qvæ agerent, attribuit, vires  
que ipse contulit. Ita nimirum sapienter DEUS rem distribuit  
creaturis, ratione qvidem præditis, iisqve qvibus gratiam suam  
ipse fecit, ut altera alteri in hoc mundo, ad perfectionem sui qvō  
felicius perveniat, succurrere teneatur. Itaque dum Angelis ma-  
iores DEUS vires admensus est, qvām homini, dumque etiam  
in eo statu sunt creati, qvi est perfectissimus, ut ad majorem feli-  
citatem nullus ipsis omnino progressus juxta scripturam pateat,  
non homo Angelis sed ipsis hominibus suppetias ire possunt. E-  
br. I.v. 14. Qyod adeò late patet, ut nec in statu integratissime si-  
ne Angelorum præsidio homo fuisset. Dicuntur enim Angeli  
sine verborum cancellis illorum, Studiis invigilare, qui salutem  
consecuturi sunt. Eqvidem fuerat Adamus omnibus suis modis,  
quantum ipsis debebatur ad præsentem gratiæ fortunam, perfe-  
ctus, fuit in salute, sed nondum in tali, qvæ erat cœlestis gloria,  
& qvæ est jam confirmata beatitudinis nullius aut cibi aut somni  
aut auxillii creaturæ indigens. Qvare sicut cibo opus habuit A-  
damus integer, aliisqve mediis ad vitæ propagationem naturali-  
ter adstrictus erat, ita Angelorum etiam eundem custodiæ DE-  
US commiserat, ne ipsis prorsus qvicqvam metuendum esset sive  
ex cœlo sive ex lapsu rerum terrestrium, sive ab injuria hostium, si  
qvi incursionem aliquando in ipsum facerent. Et si Christus ipse  
Dominus noster non refugit Angeli ex cœlo aut colloquium  
aut confirmationem in lucta sua Luc. zz. v. 43, qvare homini, li-  
cet in statu integro, eandem opem Angelorum aut denegabimus  
aut indubium vocabimus? Tantum abest, ut ea de re sibi con-  
troversiam ipse moverit Adamus, ut in veritate potius hâc fidei  
nostræ acqviecerit, qvippe qvæ ipsi ex natura innotescere, & potuit  
& debuit. Potuit utique Adamus ex naturali lumine imaginis

Divinæ

Divinæ intelligere esse Angelos. Aut an non lucem illam insi-  
gnem, quam ex creationis beneficio sibi inditam habuit, obscu-  
riorem aut minorem esse credamus illorum quidem luce Philo-  
sophorum, qui ex naturæ viis, probabili quadam ratione, Ange-  
los esse hodie concludunt? Certè qui animantium pelles ita pe-  
netrare poterat, ut nomina etiam imponeret quam sapientissimè  
cujusvis naturam experimentia, nec Angelorum ille notitiam aut  
alienam à se esse, aut remotam prorsus estimare potuit; & si igno-  
rasset per naturam, dum tamen frequenter usus fuisset colloquio  
DEI, si in bonitate sua permanisset, vel ex eo accepisset, Angelos  
sibi datos esse in præsidium & custodiam, quo magis se tutum esse  
crederet. Imo etiam agnoscere debuisset Adamus, si productus  
fuisset integritatis status, ut DEI cura circa hominem eò magis  
deprædicaretur. Jam post lapsum illa Angelorum cura major fa-  
cta est, dum per omnia corruptus homo infinitis periculis expo-  
sus est. Vah! in quæ non præcipitia fertur propria hominis, quæ  
ipsum perpetuò oppugnat, natura. Quot insidiæ ponuntur, qvan-  
tumque lacefitur homo sive ab inferno, sive mundo: Et quis mo-  
dos nocendi omnes recensere valet? hisce malis, tanta multitudine  
conspirantibus in perniciem hominis, dum occurtere jussi sunt  
Angeli, quantus cumulus non accessit pristina sollicitudini? Et  
quanta tamen alacritate non in eo officii genere versantur, ut  
hominem defendant à malorum impetu, sibi que eum conjungant  
ad laudis societatem, quam DEO semper dicere amant. Sane  
dum erga genus humanum tam propensus est DEUS, ut nec ipsi  
Filio pepercere, nihil jucundius potest obtingere Angelis, quam  
ut in eo partes suas expleant, quod circa salutem generis humani  
DEO gratum acceptumque esse norunt. Gaudent ipsi intro-  
spicere Evangelii mysterium, quod hominibus prædicatur. Gau-  
dent etiam id promovere, ut tantæ salutis fiat particeps homo,  
alijs tamen miserabilis. Neque est, quod deficere eostandem viribus  
tuis tibi persuadeas, intra tantam negotiorum multitudinem. Spi-  
ritus enim sunt, quin non ita defatigari possunt sicut corpora, ex-  
spirantibus subinde inter labores particulis virtutis corporeæ,  
quas Spiritus non habent: Viribus insuper sunt instructi, quavis  
sive

live fraude sive virtute hostium semper majoribus. Contrahant  
nervos ingenii omnes ad fallendum inimici, ut ferè vicisse vide-  
antur: Angeli tamen sunt superiores ad ipsorum confusionem.  
Valeant hostes robore, copiis & facultatibus, ut terrorom incu-  
tiant homini, non tamen Angelicæ virtutis sunt pares. Sint peri-  
cula supra vires hominum, quæ nos expugnare tentant, averti  
tamen adhuc possunt, si DEUS voluerit, Angelorum vigiliis, ut  
potest qui semper sunt in statione pro nobis, non ita loco suo di-  
scendentes sicut fugitiivi, quos metus premit. Qvanta circum-  
spectio non utuntur circa hominem Angeli! Pedibus prospic-  
ciunt, ne dum facilis est errandi via, aut ad lapsum proclivitas,  
ita frequenter cam damno aut laedantur aut prorsus ruant. Ma-  
nus saepe dirigunt & inflectunt, ne quod tractant, ipsis noceat:  
Ori oculisque ita saepius consulunt, ne quæ immitruntur aut ob-  
jiciuntur, cladem aliquam afferant, aut in consensum mali as-  
pectus fiat. Imò universo corpori eas saepius in salutem vertunt,  
quæ ruinam minabantur quām certissimam. At vero quid putas,  
anon majori animam nostram complectuntur curā? Illa sane  
est in qua omnis perfectio vitæ & voluptas ponitur hominis, si ipse  
bene est, & unde contra velut ex scaturigine quadam pleno im-  
petu, quicquid est mali sive doloris, redundat in hominem,  
si ipsi ob peccatum ira DEI immittet. Agit hæc perpetuò sua cogi-  
tandi virtute, ut non possit ita prorsus destrui, sicut corpus tan-  
dem dissolvitur. Qvare vel sensus adest boni & lætitiae, quæ  
vita vocatur, vel mali & tristitiae, cum indignatione, metu &  
cruciati conscientiæ horribili, quæ mors animæ est. Vah! quām  
sollicitos non habet hæc res Angelos, animæ videlicet hominum  
ut conserventur. Quot cogitationes non suggesterunt salutis, ut  
saepius nescias, unde tales? Quot sive consolandi sive confir-  
mandi rationibus non aggrediuntur subinde animam, quæ malis  
conflictatur aut dubiis in contrarium nitentibus? Certè si dia-  
bolo facultas permittitur immittendi in animam cogitationes,  
quibus ad defectionem sollicitat, ceu ex scripturis variè patet,  
qvare Angelis non idem liceat, ut a bonum sive reducatur sive  
in eodem robor accipiat homo. Atque hæc intelligitur pugna  
esse,

esse, qvæ angelis cum Diabolo ejusqve infernis locis in scriptura tribuitur. Neque enim restanti negotii esset diabolum avertere atqye pellere, si unicè viribus Angelorum committeretur. Ast cum libertas hominis intercedat, qvam DEUS etiam ipsi relinquit, qvæ querationibus est impugnanda, anteqvam plenior consensus fiat, dimicant inter se se qvam accerrimè Angeli & diaboli, propositis argumentis inutramqve partem. Remqve atqve cauam diaboli semper juvat, qvod habet peccatum in nobis, tanqvm hostem nobis semper adversum, sibiverò amicissimum, eeu proditorem atqve exploratorem animi nostri, propendente ita naturâ nostrâ ad societatem malorum, criminumqve admissionem. Qduncunqve ergo se jam verterit homo, sive ad bonum sive ad malum, eò victoria etiam se inclinavit, discedente jam parte inferiori. Nobis tamen, qui verè Christiani sumus, dum alias Spiritus obtigit, cuius templum corda sunt, eò facilius jam Angeli subvenire possunt contra diaboli insidias, nosqve ad partes suas pertrahere, supprimente semper in nobis peccati motus Divina virtute. Intra qvæjam cæstra non continemur? Intra qvam munitionem non vivimus? Ea salus paratur iis, qui in DEO spem vitæ ponunt, verbo DEI qvam firmissimè semper nixi. Infelices contra sunt, qui ut securius vivere liceat, vel opinionem diaboli prorsus ex animo suo dimovent, velejus insidias non credunt tantas esse, curamqve Angelorum ita parum cogitant, aut in minimis ponunt. Adeo nimirum corrupti sunt sensibus suis miseri illi homines, ut neqve se ipsos suamqve originem vel finem respiciant, sicut bestiæ, qvibus nullus sensus est rationis: abjiciuntqve se ipsos qvam maxime possunt, ad brutorum similitudinem, nullum omnino Spiritum credentes. Verum qvanticumque conentur virtute aut consilis, non tamen possunt diabolorum multititudinem ex mundo ejicere, nudo interim ipsi latere hostium furori utrinque expositi. Neque enim rei veritas arbitrio humano sumitur, ut rejicere velis, qvod placeat, sed suam jam habet virtutem extra te tuamqve voluntatem. Qvare dum ex scripturis tam clarè manifestèque Angelorum eura circa homines oculos sensusqve nostros feriat, id agamus jam, *Cives Optimi,*

nc

ne ipsi ex tanta munitione salutis nostræ, egressione quadam facta, in manus hostium incidamus. Dicam apertius: agnoscamus hanc gratiam DEI ea semper, qvæ fas est, pietatis observatione: Simus frequentes in laude DEO id propter dicenda, inqve precibus ardentissimis, ut in societate Angelorum & amicitia per vitam omnem maneamus: Fugiamus qvæ aut turpia aut noxia esse evidentur generi humano, & indigna oculis Angelorum. Cumqve tormentorum hactenus incendiōne manuariorum, si-  
ve bombardarum, uthodie vocant, in Academia nostra variè sint perterriti homines atqve horrore percussi, judicate jam ipsi, Cives Optimi, an Musarum sedibus ejusmodi strepitus aut tumultus conveniat, qvippe ubi Angelis non adeo dissimiles oportet esse sapientiae studiosos. An non placidum illud hominum genus, qvale sibi fingere conantur artes humaniores, id committat, ut sibi metuant homines ab illo? Qvare cum moribus illis qvām longissimè recedatur à sapientiae disciplina & ab Angelorum consuetudine, utpote qvi non terrent homines, sed juvant, Vestrūm etiam jam erit, Cives Optimi, animum suscipere sapientiæ rem, moresqve seqvi in posterum placidores ad salutem, qvā omnes continemur, societatis humanae. Vobis hicerit obsequendi gloria, laus omnisqve vitæ commendatio: Et nobis, qvi meliora semper svademos, non parum afferet latitiae, tam bonis gaudere civibus, qvibuscum conversari nec Angelos pœnitabit. Valete!

P. P. sub Sigillo Rectoratus Academie Rostochiens.  
Ao. Christi 1699 d. 29. Septembr.



elle, qvæ angelis cum Diabolo ejusqve in-  
ra tribuitur. Neqve enim restanti negoti-  
tere atqve pellere, si unicè viribus Angel  
Ast cum libertas hominis intercedat, qvam  
qvit, qvæqverationibus est impugnanda; a  
sensus fiat, dimicant inter se qvam accer-  
li, propositis argumentis in utramque par-  
caulam diaboli temperjuvat, qvod habet p  
qvam hostem nobis temper adversum, si  
ceu proditorem atqve exploratorem anim-  
te ita naturâ nostrâ ad societatem malorum  
missionem. Qyðcunqve ergo se jam verte-  
num sive ad malum, eð victoria etiam se in  
jam parte inferiori. Nobis tamen, qui v  
dum alias Spiritus obtigit, cuius templum  
jam Angeli subvenire possunt contra diabo  
partes suas pertrahere, supprimente tempe-  
tus Divina virtute. Intra qvæjam castrâ no-  
qvam munitionem non vivimus? Ea salutis pa-  
spem vitæ ponunt, verbo DEI qvam firmis  
felices contra sunt, qui ut securius vivere li-  
diaboli prorsus ex animo suo dimovent, ve-  
dunt tantas esse, curamqve Angelorum ita  
in minimis ponunt. Adeo nimirum corru-  
miser illi homines, ut neqve se ipsos suamq  
respiciant, sicut bestiæ, qvibus nullus sensus  
untqve se ipsos qvam maxime possunt, ad  
nem, nullum omnino Spiritum credentes,  
qve conentur virtute aut consiliis, nontame-  
rum multitudinem ex mundo epicere, nuc-  
hostium furori utrinque expositi. Neqve  
trio humano sumitur, utrejicere velis, quo  
jam habet virtutem extra te tuamqve voluntate  
ex scripturis tam clarè manifestèqve Angel  
mines oculos sensusqve nostros feriat, id agan-

